Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

me. Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: et con-
firmasti super me manum tuam. Non est
sanitas in carne mea a facie ire tue: non
est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.
Quoniam iniquitates mee supergresse sunt
caput meum: sicut onus graue grauate
sunt super me. Putruerunt et corrup-
te sunt cicatrices mee: a facie insipiencie
mee. Miser factus sum et curuatus su-
sque in finem. tota die contristatus incredie-
bar. Quoniam lumbi mei ipleti sunt illusio-
nibus: et non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum et humiliatus sum nimis: ru-
giebam a gemitu cordis mei. Domine ante
te omne desiderium meum: et gemitus meus
a te non est absconditus. Cor meum conti-
batum est dereliquit me virtus mea: et lu-
men oculorum meorum et ipsum non est mecum.
Amici mei et proximi mei: aduersum me
appropinquauerunt et steterunt. Et qui
iuxta me erant delonge steterunt et vim
faciebant qui querebant animam meam. Et
qui inquirebant mala mihi locuti sunt
vanitates: et dolos tota die meditabant